



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

Munus oastorale & didiscaliaë.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

fiarent, ex euangelio uiuerent: sed ut Christus decimas non repudiavit, (specialiter enim usibus sacerdotum deputavit, Malach. 3.) sic nec ex decimis opes priuatim cōgeri uoluit, auaritia enim, ait Apostolus, idolorū seruitus est: De decimis dādis, extat decretum Rothomagen. concilij. Item decretum Moguntini concilij. Definitio Lateranen. concilij uniuersal. sub Innocentio, &c.

Qualiter distribuētes de oblationes fideiū uide dec. cōcil. Brasaren. can. 39.

TERTIA, Templorum & ecclesiarum reparationi.

QUARTA, Pauperibus, infirmis & peregrinis, &c.

Valeant igitur tam impudentes Momi, Nyctiacoraces lucifuge, infelices uerpi, Veneris sandalium calumniantes: ualeant inquam scripturarū deprauatores & raptores, qui S. Ro. ecclesiam, MATREM, dente plūs quā theonino, rodūt, exhibilant, tollere non possunt: seditiose clamitantes, sacrificos omnes quotquot sunt in uinea zebaoth, (quos uulgò presbyteros uocamus) cum pabulo, radicitus extirpandos esse, &c.

### MVNVS Pastorale & didascalie.

Qui ergo uult ingredi uitam eternam, sit in primis phileremus, philoponus, Hydro-  
 pota: Euangelicus quis.



pota: paupertate gaudeat, diuitias contemnat, nō  
possideat copiose aurum, neq; argentū, neq; pec  
cuniam in zonis suis, Matth. 10. In cauendo sit  
prudens, in erudiendo doctus, in concupiscendo  
modicus: in obsequendo ei cui se dedicauit assid  
uus. Talis fidelis seruus & prudens quem do  
minus uerus *Υεωεγ* & cōstituit in uineam Zee  
baoth: Non negat coram mundo Deum omnipot  
entem. Non caret religione. Non diffidit uerbis  
IHESV. Non terrestria cōmoda querit. Ter  
rea floccipendit, opum enim sarcinam lubēs abij  
cit, quisquis ad Christum properat, in Christo  
possidet omnia. Non praefert Euanida cœlo. Non  
simulat uirtutis amorem. Vnitatem non rumpit.  
Nova paradoxa non profert. Non uerberat im  
meritum fratrem. Non scribit libros factiosos.  
Non fundit inanes sermones. Spurca non rec  
fert. Non disrumpit uincula pacis. Non diuen  
dit sacra mysteria. Seditiones non amat. Non sus  
scitat arma Mauortia. Non tristia bella seu bellu  
cum taratantara excitat. Non subsannat prae  
tereuntem. Sacrum baptisma recepat. Non sa  
cra fluentia iterat. Non iurat per numen inique.  
Non circumuenit fratrem. Non exercet usuram  
auaram. Non sordida lucra uenatur. Non con  
gerit ruiturum aurum & pecuniolas in terris.  
Non



Non seruat quæ male sunt parta, sed reiectis munda-  
 di fucis, in I E S V M, summum bonum, omnem  
 amorem, curam, studiumq; transfert, totus ab  
 illo pendet, ueræ enim tranquillitatis, seu ut *Animi trā-*  
 Græcè dicam, εὐθυμίας, fons est, bene conueni- *quillitas.*  
 re cum Deo, &c. Non partas diuitias fœno-  
 re retinet. Non certat coram Iudice. Non  
 uane mentitur, Qui enim mendax idem &  
 furax. Non est inuidus atque rebellis.  
 Non perniciofa docet. Non extruit sibi pul-  
 chras edeis. Non noctes diesq; ludit. Non nocte  
 dieq; bibit. Non dijudicat fratrem, atque sum-  
 mi iudicis officium sumit. Christolatram do-  
 cet. Idololatram dedocet. Non turpia furs-  
 ta facit. Non ueneris minister est, nec fœti-  
 da scorta colit. Non turpiter ingreditur. Non  
 contemnit Biblia sacra & ecclesiastica dogmata.  
 Non adornat conuiuia tantum Crasis, sed subue-  
 nit esurienti, quem rabiosa fames cruciat. Non  
 uenatur uulgi applausum. Non mundanos que-  
 rit honores seu fasces: Sitiienti non subtrahit. Ad  
 omnes hospites largus est. Vestit nudos horri-  
 dulos. Visitat omnes infirmos, & quos tenet  
 carcer horrificus. Baptista uestigijs insistit: à  
 Deo exit: Est uox clamantis in deserto. Vocat  
 ad ματ' ἀνοίας. Catechisticōs instituit. Mauult  
 Monas



Monasticōs degere abiecta, quā auilicōs uiuere  
 re splendide. Rebellantem carnem, & subinde  
 repullulantem etatis lasciuia cohercet. Exor-  
 nator, rector, illustrator est. Ad ulciscendum  
 lentissimus. Ad ignoscendum promptissimus. Fi-  
 de celebrat pasah & sanguinis effusionem. Non  
 admiscit syncera uitiosis, uera falsis. Non de-  
 torquet subdola interpretatione ad suas cupi-  
 ditates pestiferas cœlestem doctrinam: sed fidelis  
 est in domo Dei sicut Mosche, uigil sicut Aha-  
 ron, Zelosus sicut Helias, prædicator disertus,  
 sicut Esaias: sapiens sicut Daniel: sollicitus pas-  
 stor sicut Petrus: Doct̃or sicut Paulus: Sanctus  
 sicut Syluester. Non est κακοποιός, id est,  
 malefactor. Νό φιλότιμος, id est, ambitiosus.  
 Non commodum suum quærit, sed alterius. Non  
 gratiam suam quærit, non suā laudem &c. Quis  
 est hic & laudabimus eum fecit enim mirabilia  
 in uita sua, Psal. 14.

Crucem  
 Christi  
 tollere, est  
 in hoc mū-  
 do nihil  
 uel amare  
 uel cōcupi-  
 scere, &c.  
  
 Amb. offi.  
 3. cap. 1.  
 Pauci ho-  
 die angeli-  
 ci in omni-  
 bus ordi-  
 nibus.

PARACLESIS

**A**gite igitur optimi commanipulones, cō-  
 militonesq; et qui ossa ecclesiæ estis, or-  
 gana Spiritus sancti. Sponsum CHRISTUM IESUM  
 huiusq; unicam columbam ecclesiam, amate  
 & diligite, nihil melius esse potest, imò extra  
 quam